



# **Specimen juridicum inaugurale de questione, an is qui gaz dolo malo contrectat furtum faciat**

<https://hdl.handle.net/1874/318999>

SPECIMEN JURIDICUM INAUGURALE

DE QUAESTIONE,

AN IS QUI GAZ DOLO MALO CONTRECTAT  
FURTUM FACIAT.



SPECIMEN JURIDICUM INAUGURALE

DE QUAESTIONE,

AN IS QUI GAZ DOLO MALO CONTRECTAT  
FURTUM FACIAT,

QUOD,

FAVENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

**FRANCISCI CORNELII DONders,**

MED. DOCT. ET PROF.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS ET PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTIT

**GERARDUS HESHUIJSEN,**

AMSTELAEDAMENSIS.

A.D. XVII M. JUNII, A. MDCCCLII, HORA I.

IN AUDITORIO MAJORI.

---

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA

M. J. P O R T I E L J E.

MDCCCLII.

ЛІТНІЙ СВЯТОВИЙ АЛТЕРІОН

Святої Троїці

І від імени Бога Ісуса Христа  
І від імени Святого Духа

І від імени

Святого архистратига Михаїла

І від імени всіх святих, чиємъ

Святійший Патріарх Константий

І від імени всіх святих

І від імени всіх святих, чиємъ

Митрополитів та ієрархів

І від імени всіх святих, чиємъ

Святійший Патріарх Константий

І від імени всіх святих

І від імени всіх святих, чиємъ

Святійший Патріарх Константий

І від імени всіх святих

PATRI CARISSIMO SACRUM.

the most important thing is to make  
sure that you have a good understanding  
of the material. You can do this by  
reading books, attending lectures, and talking  
with your teacher or mentor. It's also important  
to practice regularly, as this will help you  
improve your skills over time. Finally,  
make sure to take care of your physical health  
and mental well-being, as this will help you  
stay focused and motivated. By following  
these steps, you can become a successful  
writer and continue to grow and improve.

Jura in re cogitantibus primo loco se offert dominium quasi quo jure nemo mortalium non utatur, nemo cui non hoc jus cordi sit. Nam sane vel pauperrimus habet aliquid quod suum dicat, quod colit servatque, quo carere nolit.

Jam huic juri laesiones multae imminent, quas prevenire et illatas punire, civitati curae sit oportet quia dominium firmissimum ejus est fundamentum. Tolle dominium et eversa erit civitas in cuius locum somnia socialistarum nefanda evocasti.

Lex nostra criminalis primo ordine laesionum juris dominii posuit furtum cuius criminis reos quotidie cheu! in jus vocatos videmus.

Casus ita frequentissime dijudicandae se offerunt, quarum cognitio jurisprudentiae studio utilitatem modo majorem modo minorem adfert.

Hujus generis positiones quum saepius dissertationum Inauguralium argumenta praeberent mihi videbatur causus qui pro tribunal Amstelaedamensi a. d. 3 Oct. 1850 tractatus fuit, tali disquisitioni haud inane argumentum offerre, quia huic casui quaestio quotidianae usus inerat. Ut in majoribus plerisque, sic et in nostra urbe adest officina ubi e carbone fossili paratur aëris genus *gaz* vulgo dictum urbi aedibusque illustrandis destinatum. Jam subterraneis fistulis confectis illud per urbem ducitur atque quasi fluit atque canalibus structis sponte domibus introductum copiosa lumina praebet. Duplicis autem generis contractus intercedere solet cives inter et memoratae officinae exploratores; nam certo quodam pretio a civibus solvendo, iis hujus luminis generis alimentum praebendi obligationem in se suscipiunt, ea lege, ut aut *gaz* non aliter comburatur nisi transfluxum per instrumentum quoddam copiae consummatae metienda causa adstructum, aut ea lege ne diutius lumina incensa maneant, quam per certum contractu definitum tempus. Jam una alterave harum conditionum omni contractui cum officinae *gaz* parandae exploratoribus adjici solet, quia aliter nec de copia consummata nec de pretio solvendo haud facile constare potest.

Duae positiones, singulariter tractandae sunt; nam nimis magnum est discrimin inter unam alteramve harum conditionum, quin laesio diversa uno sermone tractari possit.

Jam aliquis contractum inierat cum officinae exploratoribus de laudati generis aere praebendo, ea lege ut combureretur transfluxus per instrumentum copiae consummatae metienda causa adstructum, et ut ad normam copiae ita cognitae certum pretium solveretur.

Singulis mensibus exploratores officinae instrumenti inquirendi peritos emittere solent quibus jam diu ante diem 18 Maji 1850, visum fuit eum qui contractum inierat dolum adhibere, ut majorem quantitatem luminis in suos usus converteret quam instrumentum copiae consummatae metienda causa adstructum singulis mensibus tamquam consummatam prodibat. Mittunt igitur exploratores officinae instrumenti inquirendi peritos ex improviso ad suspectum contractantem, quibus apparuit instrumentum loco destinato esse amotum atque canales instrumento immisorias et emissorias alio modo quam per instrumentum destinatum esse junctas, ita quidem ut de copia consummata non amplius constare posset. Quo casu cognito accusator publicus consumtorem illum furti reum fecit. Haec nos duxere ad inquisitionem hujus quaestionis atque valde similis, nimirum an quis furtum committat, si cum officinae exploratoribus contractavit hac de re, ea lege ne lumina diutius incensa manerent quam certum contractu definitum tempus, et tamen praeter consensum exploratorum officinae, contractans lumina diutius quam definitum tempus incensa habuit.

## D E F U R T O.

Jure criminali si quaeritur an factum quoddam puniendum sit, multa sunt ut recte respondeatur animadvertiscenda. De fundamento juris puniendi hoc loco non est disputandum, nam omnes ex quocunque fonte haurientes jus puniendi agnoscunt, seu propter utilitatem, seu alias a malo absterrendi studio ductum, seu a jure defensionis petitum, seu denique ex contractu quodam sociali oriundum.

Viget adagium: nullum delictum nulla poena sine praevia lege poenali. Jam quid est delictum, nisi actus legi poenali contrarius, et prouti actus sit adimpletus vel non, delictum est consummatum vel inchoatum. Cavendum ita est ut factum recte sit probatum, priusquam cum lege poenali conferatur, ex qua deducendum erit an revera factum illud sit delictum. Ad probandum autem factum nullis nisi lege poenali admissis probationibus utendum est, nam jus criminale

strictae est interpretationis. Probato facto (*feit*) personae agentis ratio habenda est, nam ut actio legi poenali contraria juste puniatur orta esse oportet e concursu consilii et liberae voluntatis agentis. vid. ROSSI, *Droit Pénal*, Liv. II, cap. X, pag. 105. Sic aetas, sexus, aegritudo in nonnullis casibus consilium agentis vel minuunt vel dirimunt; sic vis, metus, error liberae voluntati saepius impedimentis sunt, quae omnia sunt ponderanda in aestimandis delictis.

Si autem lege poenali scriptae notiones delicti convenient cum facto admisso, et si constat illud esse ortum e concursu consilii et liberae voluntatis agentis, recte poena scripta ab eo exigatur.

Nostri casus memores inquirendum primo loco censuimus in notionem furti.

#### FURTUM JURE ROMANO.

Antiquissimum Juris Romani scripti quod aetatem tulit monumentum est Jus XII Tabularum, quarum fragmenta inter alia agunt de furto, nempe tabula VIII, fr. 12, ait: si nox furtum factum sit, si imoccisit jure caesus esto (MACROB. *Saturn.*, lib. I, cap. 4.), dum lex 54, §. 2, D. *de furtis* nos docet furem interdiu deprehensem non aliter occidere legem decemviralem, permisisse quam si telo se defendat. Patet Jure Romano duplarem ex furto nasci actionem: alteram rei persecutoriam, alteram poenalem, quarum

haec tendit ad revindicandam rem a quocumque possesse, illa ad poenam vel corporalem vel pecuniariam furi infligendam. Furtum ita est obligatio ex delicto nata cuius solvendae privati hominis interest, quare ex eo ortae actiones praesertim tendunt ad damni quo<sup>d</sup> privatus passus esset resarcitionem, nulla turbatae civitatis habita ratione.

In Edicto Perpetuo a Salvio Juliano Praetore a.  
*U. C.* 884 composito, idem placitum sancitum invenimus; nam et in eo actione in duplum, triplum vel quadruplum minari videmus fures, prout furtum manifestum vel nec manifestum fuerit; vel quis ope, consilio furem juvando, vel celanda re furtiva vel prohibenda perquisitione furti peccaverit. Ceterum vel in Gaji Commentariis vel in Pandectis JUSTINIANI ubivis Jure Romano actiones furti civiles tantum invenimus, quum recentiores praeterea publicas furti actiones haberent. Descriptio furti adest apud Gajum (*Comm. III, §. 195.*) „furtum autem fit non solum cum quis intercipiendi „causa rem alienam amovet; sed generaliter cum qui (s) „rem alienam invito domino contrectat;” et in § 2. *Inst. de Oblig. ex Delict.* et in *L. I. Dig. de fur- tis*: „furtum a furvo id est nigro dictum Labeo ait quod clam et obscuro fiat, et plerumque nocte, vel a fraude ut Sabinianus ait: vel a ferendo et aufe- rendo: vel a Graeco sermone qui φόρας appellant fu- res: imo et Graeci ἀπὸ τοῦ φέρειν i. e. a ferendo φόρας

dixerunt." Patet ex his verbis quam accurate distinguendum sit, num contrectatio ejus fuerit naturae ut res distracta ab unius possessione in alterius detentionem deducta sit. Hic tamen videtur animadvertisendum ut bene distinguamus Romanorum furtum usus a nostra qualificatione hujus delicti, quod nimirum nomine, *misbruik van vertrouwen* vel *oplichting* poenis correctoriis luitur.

Definitio stricta autem PAULI Icti occurrit in § 1 *Inst. de Oblig.* quae ex *Delict.* et *Lege* 1 § 3, D. *de furtis* his verbis: „furtum est contrectatio fraudulosa lucri faciendi gratia, vel ipsius rei vel etiam usus ejus possessionis, quod lege naturali prohibitum est admittere." — Idem ille PAULUS in *Sent. Recept.* aliam scripscerat definitionem: „fur est qui dolo malo rem alienam contrectat," quae tametsi a JUSTINIANO non probata rectius furti naturam describere videtur, quia non aberrat in furti usus notionem, quae per se a simplici furti notione differt; aliud enim est detrectare, aliud re aliena, quae justo titulo in nostra possessione est, abuti, mala fide possessionem continuando. Sic etiam lucrandi animus in illa definitione non requiritur cum sufficeret dolus malus.

Fraudulosa dicitur contrectatio non solum quod dolus ad omne delictum requiritur, sed etiam ut a rapina discernatur, quae non est fraudulosa, sed violenta, quare furiosi, dementes, infantes quique doli capaces

non sunt, fraudulosam contrectationem facere non possunt, neque ita furtum committere.

Contrectationis fraudulosae causa debet esse lucrum ex facto illo illicito petendum; nisi lucrandi animus adsit, ex facto illicito quidem oriuntur actiones ad damnum injuria datum resarcendum, sed ad furtum lucrandi animus expresse requiritur, ut patet ex *Fr. 43 D. de furtis.* VOET, ad tit *de furtis* n°. 8, dicit eos qui tantum injuriae seu contumeliae inferendae vel damni dandi causa, non ut ipsi lucentur alienas res auferunt, a furti vitio excusatos esse. Attamen et eum furti teneri qui ideo rem amovet ut eam alii donet, nos docet *Lex 54 § 1. D. de furtis.* Ceterum furtum non committitur in rebus immobilibus ut patet ex *lege 25 pr. D. de furtis,* nec in rebus incorporalibus, quia nec possideri possunt; nec in rebus nullius, quia cedunt occupanti; nec in re nostra furtum facere possumus, nisi adsit casus ut debitor rem quam creditori pignoris causa dederit subtraxerit, quia sic debitor creditoris possessionem in securitatem debiti acquisitam contrectaret, qui casus in furti definitione incidit.

#### FURTUM JURE HODIERNO.

Adagium quod supra memoravimus Lege nostra Poenali receptum *art. 4,* dicens: „*nulle contravention, nul délit, nul crime ne peuvent être punis de peines qui*

*n'étaient pas prononcées par la loi avant qu'ils fussent commis.*" Hinc patet nos ex lege tantum veram furti naturam illustrare posse, et quidem Belgica codicis poenalis versio ad propositum auctoritate carere videtur, ob eandem causam eur Belgica Pandectarum versio ad explicandum vim et significationem Latini sermonis inservire non possit, qui sententia confirmatur usu tribunalium, qui in explicanda lege ad Francica verba recurrere solent; cf. e. gr. *Arr. H. Raad* 19 Oct. 1850, in *Amst. regtsp. Uitspraken* I, 140 sq. ubi expresse citatur Francica versio art. 388, al. 2 C.P., *poisson en étang, vivier ou réservoir*, et de significatione verborum illorum ratiocinatur arrestum.

Ait lex art. 379. *Quiconque a soustrait frauduleusement une chose qui ne lui appartient pas est coupable de vol.* — Elementa furti hic ante oculos habemus, quae eodem modo fere sunt definita quo jam PAULUS Ictus scripserat ut supra monuimus: fur est qui dolo malo rem alienam contrectat, exceptis notionibus furti usus et lucri faciendi animo, quae apud nos non existant. Perspicuitatis ergo vim vocabulorum: *soustraire*, contrectare; *frauduleusement*, fraudulenter dolo malo; *chose qui ne lui appartient pas*, res alterius, inquiramus. Contrectare est de loco movere; hoc requiritur ad furtum ut res translata sit, quia per translationem delictum consummatur usque eo inchoatum, quae sententia confirmatur a compluribus tribunalibus. Res furtiva ex unius in alterius

possessionem transire debet, quare furtum non constituant fraudes quibus res aliorum surripiuntur nisi contrectatio adsit. Sic uti jam diximus furto usus, factum furti constitutivum deest.

In opere Viri Doct. M. SCHOONEVELD, P. JNZ., complures sententias judiciales citatas invenimus quibus furtum usus et nostro jure, tametsi legis verbis contrarium, admittitur. *Wetboek v. Strafregt met aantekeningen.* pag. 214, nota j, Amsterdam, 1850.

Quaestiones saepius agitatae fuerunt an furtum admissi possit in eo qui rem jacentem occupasset. Videatur in his casibus distinguendum esse, utrum locus ubi res inventa sit, publicus fuerit an privatus, nam si locus publicus fuerit, quum omnes cives idem jus in publicis locis habeant, non videtur quis, re jacente e loco publico in suum locum transferenda, animo restituendi eam domino quandocunque apparuerit, peccasse, sed tantum ab eo tempore quo vel domino vel magistratui cui rei jacentis occupandi jus esset, restitutionem negasset, publicae fidei, cui res mandata esset, fraudem faciendi animum ostendisse. Antequam restitucionem negavit erat quasi depositarius rei, cui contractui sponte inito fraudem fecisse dicatur, sed contrectatio fraudulosa hic non adest. Sed si res inventa fuerit in loco privato, quum fundus cum omni causa ad dominium privatum pertineat, videntur res omnes quae in eo fundo sunt, a domino fundi possideri atque

is, qui vel nescio vel invito domino aliquam rem ex illa possessione amovet, recte dici illam rem contrectasse. Sed si quis rem suam in alieno fundo jacentem vedit an occupando contrectat? Omnino videtur affirmando respondendum esse, nam justo titulo rem a possessore vindicare poterat et debuerat, sed occupandi jus ei non erat. Ne dicam tamen eum propterea furti teneri quia contrectatio sola furtum non constituit.

Alterum furti clementum est dolus malus, *frauduleusement*, jam quid significat dolus malus? Tenendum est non quaeri adversus quem commissus sit dolus, sed an in ea re dolo malo factum sit a parte actoris, (*lex 2, § 2, D. de doli mali et metus exceptione lib. 44. 4*); nam dolus est omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita, ut ait Labeo (*in l. 1 § 2 D. de dolo malo lib. IV. 3.*), cui definitioni Praetor addidit verbum *malus*, quia veteres dolum etiam *bonum* dicebant et pro solertia hoc nomen accipiebant, maxime si adversus hostem latronemve quis machinaretur.

Sed jure criminali dolus est ea animi intentio, qua quis sibi actionem injustam tamquam finem proponit; ita agentis animi intentio directa esse debet in factum, quod tamquam crimen lege poenali vetitum est, tamen non in omni crimine dolus requiritur, nam etiam culpa delinquitur.

FEUERBACHIUS in *Lehrbuch des Criminalrechts* § 54,

peculiarem doctrinam de dolo multis explicat; ad dolis notionem requirit ut agens sciat eum actionem lege esse vetitam, sed hoc difficile admittendum videtur quia ignorantia legis pro scientia habetur, quumque praeterea pleraque crimina sint Juris Naturalis, et quisque habeat conscientiam rerum juri naturali contrariarum. Dolum ex indicibus perspicuis probari convenit, in furto autem affectus furandi probandus est, nam si quis rem bona fide contrectat, quum eam credat suam esse, aut quum dominum consensisse in rei suae translationem existimet, fur non est, nisi ab eo inde tempore quo, errore suo detecto, vel a domino voluntate contraria declarata, rei restitutionem neget. Quae sententiae etsi lege poenali expresse confirmatae non sint, tamen cum stricta articuli nostri interpretatione haud pugnare videntur. Confirmatur vero opinione ULPIANI l. 46, § 7 in fine *D. de furtis* dicens: *is solus fur est, qui adtrectavit, quod invito domino se facere scivit.* Nec opus est dolum probare tamquam sibi constans, nam ex contrectatione etiam, aliisve ex factis externis probari potest.

Casum tetigimus de re jacente atque opinionem emisimus judicium de ea re, quod attinet ad qualificationem facti, pendere a loco ubi res jaceret, quia quis rem in publico loco jacente occupando ejus depositarius factus fuit neque rem contrectasse dici potest nisi postea rem restituere nolit. Jam qualificationem nos-

tram justam esse patere videtur, quia contrectatio deest et deinde etiam dolus malus, nam dolus non praesumitur, quare necesse est in casu contractum depositi admittere. Cui si fraudem fecerit depositarius, restitutionem negando, in furti usus notionem incidimus quam supra probavimus jure hodierno fiduciae abusum dici.

Si vero quis rem in loco privato jacentem occupasset, nobis videtur omnino eam rem contrectasse; nec minus is dolum adhibuisse videtur, nam quisque scit res in fundo alieno obvias nihil ad se pertinere, quaenam nisi dolosa ratio erit, talia non dicam loco movendi, sed praeter consensum vel voluntatem domini fundi loco movendi? Posuimus etiam eum contrectare qui rem suam in alieno fundo jacentem occupavit; si vel invito domino occupasset, videtur dolum adhibuisse, nec tamen furtum commisit, quia sola contrectatio fraudulosa non est furtum, nisi facta sit in re aliena.

Animadvertisendum videtur hoc loco quaestionem, quam tetigimus nec abundare nec esse otiosam, nam et ad practicam loci Juris Criminalis de furto pertinet, et nobis inserviet postea in explicanda opinione de proposito argumento.

Tertium furti elementum inquirendum nobis superest nempe rem furtivam alterius esse debere. Vidimus Jure Romano casibus quibusdam furtum admetti posse

in re nostra, quia Romanis deērat distinctio secundum quam furtum usus vel possessionis hodierno jure qualificatur fiduciae abusus, unde debitor qui pignus a creditore contrectasset nostro jure furti tamen damnari non posset, quia pignoris datione dominium non transit atque lege requiritur ad furtum ut res furtiva sit alterius. Doctrina illa confirmata est per Arr. Cass. Fr. d. 29 Oct. 1812, SIREIJ XIII. I. 190.

Nec interest utrum appareat quis dominus sit rerum furtivarum, dummodo agens sciverit res suas non esse. Ita etiam judicavit *Curia suprema*, d. 27 Junii 1848, V. D. HONERT II, 375 sq. Eadem curia judicavit non requiri ad furtum ut agens furtivas res in sui ipsius commodum fraudulenter contrectaverit, sed etiam tunc furtum commissum esse si tertio cuidam lucri fuerint, *Cur. supr.*, 2 Oct. 1849, *Weekbl.* 1080, qua in re differt jurisprudentia nostra a jure Romano ubi lucri faciendi animus ad furtum expresse requirebatur. Ali quando tamen et nostro jure cupiditas agentis efficaciam habet in aestimationem facti cuiusdam, nam si famula e loco quodam herae sua quid contrectavit animo illud sibi habendi, idque in alio herae loco depositus ubi res postea invenitur furti crimen consummatum esse videtur. Nam hoc casu nec translatio rei alterius in aliud locum nec dolus malus fortasse adhibitus furtum constituunt, sed animus hanc rem sibi habendi qui fuit ratio contrectationis fraudulosae rei

alienae. Sic etiam, *Cur. Traiect.*, 6 Jan. 1847, R.  
*Bijblad*, IX, 203.

Nihil refert ad minuendam furti accusationem utrum dominus rei suae dominium post factum commissum dereliquerit, nam potest sic extinguere actionem civilem ex furto, minime vero poenalem quae est iuris publici.

Nec magis distinguitur utrum res furtiva tota alterius sit an partim, nam si is cui res cum alio communis est eam invito socio fraudulenter contrectavit, non potest se excusare jus suum dominii allegando, quia lex quantitatem rei furtivae non definit, socius ille qui rem communem contrectavit furtum fecit ejus partis quae erat socii sui. Sic etiam judicavit *Curia cassat.* Fr. d. 14 Mart. 1818, 27 Febr. 1836. CHAUVEAU tom. II, pag. 346, nota 5 et 6.

## TRANSITUS.

Hisce universe praemonitis principia quae exposuimus applicaturi ad quaestiones quae dissertationis nostrae argumentum continent, primo loco indagare conabimur, an furtum is committat qui aeris genus *gaz* vulgo dictum comburendum accipiat ea lege ut non nisi per instrumentum copiae metienda causa adstructum comburatur, si canales instrumento immissorias et emissorias alio modo clam junxerit quam per instrumentum quod copiae metienda causa adstructum fuerat, quo amoto quum non amplius de quantitate consummata constare possit solutionem justi debiti pretii fraudulenter eluserit. Secundo loco inquiremus in quaestionem, an furtum etiam committat is qui cum officinae exploratoribus contraxit ea lege ne diutius lumina incensa manerent quam per certum aliquod tempus, si tamen per longius tempus lumine usus est.

Perspicuitatis causa singula elementa furti quae praeposuimus conferamus cum facto.

I.

P R I M A Q U A E S T I O.

---

C O N T R E C T A T I O.

Contrectationem hic adesse procul dubio nobis videatur nec admitti posse fiduciae abusum , nam *gaz* conceditur ea lege ne aliter comburatur nisi transfluxum per instrumentum laudatum , nec ergo juste ac legitime comburi potest nisi conditione illa adimpta , si contra conditione illa fraudulenter spreta , *gaz* adprehendat quocunque alio modo , factum illud constituit contrectationem. Ne quis dicat fluidum quid , quod sponte aedibus introductum est , contrectari non posse , quia hoc verbum adprehendentis actum significat ; animadvertisit hoc loco contrectationem constitui non fluctu sed alteratione fraudulosa fluctus , nam ad contrectationem requiritur tantum , ut res sit mobilis sive sponte sua se moveat sive non nisi ope hominis , utque possit esse dominii objectum ; jam haec requisita in *gaz* adsunt. Confirmatur opinio rebus judicatis ; e. gr. ante *Cour d'appel de la Belgique*

*arrêt de 20 Juin 1845. (Jur. de Belg. 1845, 2, 381.) que le gaz ne peut être légitimement employé par le consommateur que pour autant que celuici en use conformément aux arrangements pris, et sous le contrôle convenu; que s'il à été stipulé que la consommation du gaz serait vérifiée à l'aide d'un compteur, tout soulèvement, toute exhalaison de ce gaz par un moyen frauduleux employé pour paralyser l'action de ce compteur, constitue une soustraction frauduleuse de la quantité de gaz ainsi détournée.*

*Etiam sic judicavit, Tribunal Amst. 3 Oct. 1850. (Amst. Regtspraak. Uitspraken 100.) Dat om aan te nemen, dat zekere zaak vatbaar is voor soustraction, alleen behoeft en behoort vast te staan, dat dezelve een voorwerp van eigendom kan uitmaken en tot de zoodanigen behoort, die zich zelven kunnen verplaatsen of die verplaatst kunnen worden, dat is: tot de roerende zaken, en dat het inderdaad aan geen redelijken twijfel onderhevig kan zijn, dat gaz die beide vereischen in zich vereenigt. — Quod attinet ad opinionem eorum qui nobiscum non faciunt sed in facto admissio potius fiduciae abusum vindicandum censem, in medium afferre liceat conclusionem hic petendam prorsus pendere a praemissis, nempe utrum statuatur gaz possideri ab officinae exploratoribus an a domino aedium in quas introducitur. Videri possit nos argutias quaerere, revera tamen hic est cardo quaestionis.*

In explicandis contractibus est quaerendum quid revera contrahentes sibi voluerint. Quid ergo exploratores officinae? Obligationem in se suscepérunt civium cuidam *gaz* praebendi, atque jus quaesiverunt in solutionem pretii certi, ad quod civis se obligavit, ea lege tamen ut constaret de quantitate accipienda per instrumentum copiae metienda causa adstructum, unde computandum esset pretium solvendum. Jam exploratores officinae consenserunt *gaz* ut perpetuo flueret, dummodo per instrumentum, atque tunc demum eos se dimittere voluisse a possessione videntur, postquam rite ab instrumento metitum esset quaenam quantitas traderetur consumtori. Sunt etiam qui contendant *gaz*, postquam per epistomium majus (*groote kraan*) officinae fluxerit, non amplius ab exploratoribus possideri, sed a communibus consumtoribus; et sic a singulis consumtoribus contrectationem non fieri, licet hic *gaz* modo illico in suam possessionem transferret. Nobis videtur animadvertisendum hanc sententiam minus justam esse — quia opinio illa pugnat cum natura contractus, quae secum fert *gaz* tradidemus postquam ejus quantitas ab instrumento metita esset — et praeterea quia dici non potest singulos consumtores possidere id quod omnes simul possident, quo idcirco revera ex unius in alterius possessionem *gaz* traditur imo secundum sententiam impugnatam. Supra probavimus furtum revera committi ab

eo qui quod invenit publicae fidei commendatum contrectavit; idem hic adest excepta tantum notione publicitatis, quae hic ad consumtores *ταῦ γαζ* officinae restringitur. Si ita sese res haberet ut omnes simul possiderent, quisque consumtor exploratores officinae, si recusarent, cogere posset, ut *γαζ* in communem eorum possessionem traderent, unde proflueret, consumtores esse correos stipulandi, quod absurdum est, nam consumtor quisque suo Marte contraxit cum officinae exploratoribus, idque adjectis stipulationibus diversis ab iis quae sunt aliorum contrahentium, ita ut nullum juris vinculum inter consumtores intercedat. Regula est Francica: *point d'interêt point d'action* quae hoc loco etiam applicari potest; nam mea nihil interest utrum Titio *γαζ* tradatur an non, ideoque mihi nec competit actio contra exploratores officinae, ut *γαζ* in communem possessionem tradant, tantum ut contractui mecum inito satisfaciant.

Quodsi verum est, sequitur instrumento quo copia metitur revera separari *γαζ* officinae exploratorum a quantitate dominis aedium tradita. Etiamsi conclusio illa non valeret, tamen nemo dubitaret, quin is qui contractus cum officinae exploratoribus legem violaret, civilem dolum committat. Sed uti jam monuimus nobis videtur violatione contractus plus contineri quam dolum civilem tantum, nempe et eam animi intentionem qua quis sibi actionem injustam tamquam finem pro-

ponit, quae etiam jure criminali vindicanda est. Nihil impedit quominus dolo juris civilis accedat doli criminalis qualificatio, quia jus criminale non pendet a jure civili. Videtur enim qualificatio abusus fiduciae non valere, nec *gaz* justo titulo (quod in fiduciae abusu requiritur) antequam per metrum fluxerit possideri a domino aedium; quia ad possessionem requiritur factum quo aliquis rem in suam potestatem trahit eo consilio ut eam sibi habeat, cum hoc factum perpetratur si dominus aedium naturalem affluctum *to* *gaz* viciat ut plus habeat quam natura rerum et conditiones initiae ferrent, possessio eo facto acquisita est contrectatio. Quae omnia strictius confirmari videntur Arresto Cur. Supr. a. d. 22 April 1851. Weekbl. 1294, quo confirmata est sententia supra citata ubi inter alia legimus haec verba:

O. dat bij vonnis is uitgemaakt, dat uit den in facto gebleken inhoud der aangegane overeenkomst zeer stellig volgt, dat de wil der directie van de *gaz*-fabriek zich alleen daartoe heeft bepaald, om een deel van het door de fabriek voortgebrachte *gaz* uit de pijpen te voeren naar den meter, om den req. daar in het bezit van hetzelve te stellen, en om hem daar dat *gaz* te leveren;

O. dat de Regter uit deze bewezena daadzaak met alle juistheid heeft afgeleid, dat eene afvoering en in bezitstelling van *gaz*, buiten den meter om,

*zoo als in deze heeft plaats gehad, niet is geweest  
eene levering met den wille der directie, maar eene  
wegeneming in strijd met dien wil, en dat dit gaz,  
als niet aan den req. geleverd zijnde, niet werd de  
eigendom van de fabrick, en alzoo buiten twijfel was  
eene zaak aan een ander toebehoorende.*

Judicium cit. hanc sententiam his verbis defendit:

*O. met betrekking tot den tweeden grond als zoude  
hier niet aanwezig zijn eene wegeneming invito domino,  
omdat de gaz met den wil des eigenaars aan den  
beklaagde is toegevoerd, dat, zooals uit de in facto  
geblekene inhoud der aangegane overeenkomst, zeer  
stellig volgt, de wil der directie van de gazfabriek zich  
alleen daartoe heeft bepaald om een deel van het door de  
fabriek voortgebrachte gaz uit de pijpen te voeren naar  
den meter, om den bekl. daar in het bezit van dezelve  
te stellen, om hem daar die gaz te leveren, dat alzoo  
eene afvoering en inbezitstelling van gaz buiten den  
meter om, zoo als in deze heeft plaats gehad, niet is  
geweest eene levering met den wil dier directie, maar  
eene wegeneming in strijd met dien wil.*

#### DOLUS MALUS.

Contrectationem in casu adesse montimus, jam ra-  
tiones quasdam in medio afferamus, cur fraudulosam  
etiam hic adesse contrectationem nobis visum est.

Dolus malus qui Jure Criminali vindicatur sufficien-

ter ex contrectatione ipsa probatur; nam quum instrumentum quo *gaz* metiretur nesciis exploratoribus ante traditionem loco destinato esset amotum, quumque canales instrumento immissoriae et emissoriae alio modo quam per instrumentum essent junctae, quae omnia erant et contra legem contractus initi cum exploratoribus officinae, et contra eorum voluntatem, quippe qui, uti vidimus, *το gaz* non nisi postquam rite quantitas metita esset tradere voluissent, procul dubio est ipso facto dolum malum contineri; quae est applicatio principii supra positi, nempe eum tantum esse furem qui invito domino se contrectare sciverit.

Quanti ceteroquin facienda sit probatio doli mali, apparet uti ex supra monitis etiam Arresto Curiae Hollandiae Septentrionalis *in Bijbl. tot de Jaarboeken voor Regtsgeleerdheid*, 1844. p. 274, sq. quo reus ob non probatum dolum malum absolutus fuit.

Hoc loco etiam dolus malus probari potest ex animo lucri faciendi, nam cum delinquens instrumentum copiae metienda causa adstructum amoveret ratio ejus actionis erat, ne quantitas quam acceperat notaretur unde pendebat pretium solvendum.

Jam supra probare conati sumus, dolum civilem qui hic adest, non impedire quominus factum commissum locum det qualificationi delicti; quasi dolus qui non tantum civili resarcitioni locum dat, sed etiam jure

criminali vindicatur hic non adesset. Iis nobis addendum videtur stricte discernendam esse actionem privati hominis ad damnum resarcendum ab actione publica ad poenam, cum haec non pendeat a civilibus. Numquam ratio habetur de contractus alicujus laesione, quando quaeritur de facto commisso; in delicto enim sufficit animi intentionem delinquentis adfuisse. Haec principia sanxit *Judicium Amstelodamense* citatum his verbis:

*O. met betrekking tot den vierden grond, als zoude het gepleegde feit eeniglijk behooren te worden getoetst aan de aangegane overeenkomst, en omdat deze in het onderwerpelijke geval niet voorziet, aan Art. 1401 B. W. als bevattende dat Artikel de sanctie der overeenkomst; dat waar de Strafregter geroepen is, om over de al of niet strafbaarheid eener daad te beslissen, die daad alleen aan de strafwet behoort te worden getoetst; dat, naardien de publieke vordering tot straf en de private tot vergoeding van schade geheel onafhankelijk van elkander bestaan, de gevolgen, die zekere daad in foro civili zoude kunnen hebben, voorzeker van geenen invloed kunnen zijn op de waardering dier daad in foro criminali.*

#### RES ALIENA.

Denique restat indagandum an revera dici potest *το γαρ* esse rem alienam, quodsi probare conati eri-

mus, furti elementa casui quam tractamus inhaerere concludere poterimus.

Supra vidimus furtum non committi in rebus in corporalibus, quippe quae nec tradi nec possideri possint, ita nec contrectari; sic aliquis etiam posset perhibere *τὸν γάζαν* esse rem incorporalem atque ergo non contrectari, sed rogare liceat utrum spiritus vini tradi posset an non? Profecto affirmando respondetur, at quaeso nisi recte vasi quodam compressus sit, vis et qualitas ejus deperditur, nec quidquam nisi fluidum, quod non amplius est spiritus vini, restat. Sic et *τὸν γάζαν* cuius et speciem habemus qui vehiculo aedibus affertur, omnino corpore est tametsi oculis cerni non posset, quia etiam vasi quodam compressum tradi et auferri potest.

Praeterea non existimaremus a quaestione illa physica tantum petendam esse quaestيونis nostrae solutionem, quia et dici posset vasem, nec spiritum vini vel *τὸν γάζαν* contrectari; sed unice quaerendum esse *τὸν γάζαν* sitne dominii objectum? Nemo sane dubitabit quin exploratores officinae quum carbonem fossilem in dominio habeant, etiam *τὸν γάζαν* in dominio habeant quod e carbone fossili paratur.

Nam supra probavimus exploratores officinae et possessionem habere *τὸν γάζαν* ad instrumentum quo metitur usque, atque revera *τὸν γάζαν* esse rem alienam antequam traditio justo titulo obtinuerit.

Talis etiam fuit sententia Tribunalis Amstelodamensis  
d. 3 Oct. 1850, his verbis:

O. met betrekking tot den eersten dier gronden, als zoude in deze geene soustraction denkbaar zijn, omdat gaz als eene res incorporalis, daarvoor niet vatbaar is, dat, zoo het noodig was in een natuurkundig onderzoek te treden naar den corporelen of incorporelen aard van gaz, daaruit misschien blijken zou, dat gaz geenzins tot de res incorporales maar tot de res corporales behoort gebragt te worden, doch dat zoodanig onderzoek in deze niet wordt vereischt;

O. met betrekking tot den derden grond, als zoude de gaz, in het bezit waarvan de beklaagde zich gesteld heeft, niet zijn geweest une chose d'autrui, dat deze grond van verdediging reeds wordt wederlegd door het omtrent den tweeden grond overwogene (vid supra), dat toch die gaz niet met den wil der fabriek aan den beklaagde geleverd zijnde, niet werd het eigendom van dezen, maar bleef het eigendom van die fabriek, en alzoo buiten twijfel was une chose d'autrui.

Hic etiam conferri potest decisionis Curiae Supremae supra citatae pars secunda.

aneratobalzak alymavt etimose msi misis edicT  
sider zif 0081 350 8 h

releong raii mriarz abr lel parlemed 1916 O  
wiz tneblyv noluerans eme zrak m abeo2 zte

## II.

me lir mreab zilouponi arr emu zr ap tubmo  
ploreming msi zr ap tubmo lel oca zde et mad

## SECUNDA QUAESTIO.

Jam universe elementa furti explicavimus, atque juris Romani et Hodierni placita hac de re audivimus, pro viribus ea omnia casui quem primo ordine posuimus applicavimus, unde patet nos fixo juris fundamento nitentes facere cum decisionibus judicialibus passim citatis, quarum conclusiones eo tendunt, ut eum qui, contractu cum exploratoribus officinae inito de tradendo *to gaz* ea lege, ut combureretur metitum per instrumentum quoddam hunc in finem adstructum, hanc contractus legem violaret, furti damnent.

Accedamus nunc ad casum tractandum ordine secundo positum; nempe si quis contraxisset ea lege ne diutius lumina sua incensa manerent quam certum contractu definitum tempus, an etiam is jure furti reus sit.

Simili modo ac primam et hanc quaestionem tractare liceat.

Videamus ergo an probari posset hic adesse contractationem. Exploratores officinae contraxerunt cum aliquo, unde iis obligatio nata est *gaz* tradendi et consumtori, jus traditionem *et gaz* exigendi, contra exploratores habent jus exigendi ut consumtor obligationibus suis satisfaciat, nempe alter ne vel diutius lumina sua incensa habeat quam contractu definitum tempus, vel numerum luminum majus quam de quo contraxerat, alter ad solvendum pretium de quo conventum erat.

Jam si nesciis exploratoribus lumina sua diutius incensa habuit consumtor, majorem quantitatem *et gaz* comburerit quam de qua contraxerat, contractus legem infregit, obligationi suae ad non faciendum inde ortae non satisfecit, quod mercis majorem quantitatem acceperit quam de qua contraxerit, unde nemo dubitat quin civiliter teneatur de damno illato. Sed an etiam poenalis actio furti contra eum institui possit? Videtur primo loco hic omnino adesse contractatio, nam cum in omni contractu non verba tantum sed voluntas etiam contrahentium sit indiganda, apparet hoc casu exploratores officinae quamquam *et gaz* traditum a non tradito nullo instrumento sit separatum, nec ita definiri possit quo loco traditio obtineat, consensisse ad id ut consumtor lumina incensa haberet ad tempus usque contractu definitum, non consensisse vero ut ea diutius aedes illustrent, unde deducendum est consumtorem

eam quantitatem *τοῦ gaz*, quam post tempus definitum praeterlapsum comburerit, praeter voluntatem et in fraudem exploratorum officinae acquirere.

Fit ita contrectatio hujus quantitatis, nam quamquam physice traditio *τοῦ gaz* ad tempus definitum usque non differat a traditione post illud tempus, tamen omnino hic adest traditio contra voluntatem exploratorum, qua deficiente idem illud quod antea erat traditio nunc fit contrectatio, quia palam est voluntatem exploratorum se demittendi a dominio *τοῦ gaz* quod in officina erat paratum, deficere eodem temporis punto quo eorum obligatio *τοῦ gaz* tradendi cessaret, scilicet tempore contractū definito.

Praeterea si dicitur delictum hic tamen non committi a consumtore, ideoque contrectationem nusquam discerni quae tamen ad furtum necessaria est, nec quidem hoc loco factum aliquod perpetari, quo tamen opus est quia ad omne delictum concurrunt voluntas et factum; afferre liceat, delicta nonnulla etiam constare omissione, veluti sinendo id quod sinere nefas est, tacendo id quod lex denunciare jubet, non faciendo id quod faciendum erat, profecto nemo dubitet, quin consumtor epistomium domus suae hora destinata audit a claudere debuerit adeoque delinquat illud omittendo. Accedit ut cum consumtor contraxerit se per certum tempus *τοῦ gaz* combusturum et ita ad horam epistomium in aedibus suis aperuerit, apprehensionem

fecit τοῦ γαζ quale constituit traditionem a parte exploratorum officinae et consumtoris factum quo traditio fit sed tantum per tempus contractu definitum. Cum vero hoc tempore praeterlapso consumtor epistomium non clauderit, revera apprehensionem quam inceperat quum ei liceret, continuavit et sic contrectationem fecit, quia justus titulus tempore praeterlapso aberat qui eam apprehensionem traditionis naturam investire potuit. Ne quis dicat apprehensionem etiam post tempus praeterlapsum requirere factum externum, quod hic abest, quia apprehensio est quaestio possessionis et possessio semper versatur circa facta tantum, quaerendum est utrum consumtor potuerit et an ei licuerit disponere.

Cum το γαζ sponte fluat sine ope hominis, opportunitas fluendi quam praebuit consumtor cum justo titulo apprehendebat ejus est efficacie ut non sublata revera constituat apprehensionem τοῦ γαζ sponte aedibus introducti.

Ne quis putet nos verbis *delicta omissionis* hoc loco intelligere ea delicta quale in doctrina juris criminalis in specie sic vocantur, ut est homicidium, vulnus illatum involuntarium. Art. 319 C. P.

Objici posset jus criminale strictae esse interpretationis, articulum nostrum tantum loqui de contrectatione quod est activum quid, dum in casu nihil actum sit; at quaeso scire leges non est verba tenere sed earum vim atque potestatem, cum grano salis legis

placita sunt adhibenda, explicanda, nam verbi causa graviores poenae minantur art. 381 si furtum committitur nocte vel in aedibus quae inhabitantur vel habitationi inserviunt; absurdum tamen foret illas quae dicuntur causas aggravantes huic nostro casui applicare, quamquam nocte lumina incensa habuerit consumtor et in aedibus inhabitatis. Cum igitur lex requirat tantum factum possessionis transmissae, contrectatio revera adest quod *to gaz* sponte in aedibus fluit ut supra demonstravimus. Ceterum quanti momenti in delictis sit voluntas, apparet etiam decisione judiciaria saepius citata, (*Arr. Regtb. Amst. 3 Oct. 1850.*)

O. *Dat de wil der directie van de gaz-fabriek sq.*  
*Scriptor quidam anonymus in Amsterdamsche Regtspraak, Regtsgel. Mengelingen I. 36., quaestionem nostram tractavit et dicit consumtorem possidere *to gaz* nec ergo contrectationem vel furtum admitti posse. Nam *to gaz* comprimitur fistulo qui est in aedibus consumtoris ideoque possidetur ab eo; jam qui possidet contrectare non potest, factum ita, si de dolo malo constet, qualificari debere fiduciae abusum. Adfert exemplo Maevium cui ducenti libri traditi fuerint, ut ex iis ad valorem quinquaginta florenorum emat et putat eum non contrectare si plures libros quam conventum erat retinuisse.*

Atqui scriptor ille falsa hypothesi niti videtur, nam dicit contractum initum esse emtionis venditionis, con-

stare de pretio, de re emta, traditionem perfectam esse adstructis fistulis, jam hoc falsum est, nam illae quidem sunt quasi via per quam traditio obtinere debet sed *to gaz* est principale, fistulae accessorium quia *to gaz* immittendi causa sunt adstructae et nulla quaestio est contrectationis fistularum sed *to u gaz*.

Porro animadvertis scriptor rem tradendam separari non posse a quantitate ad quam pertinet, et quemadmodum quantitas emta vendita definita sit contendit totam quantitatem, cuius pars tantum tradenda est, in possessionem dari consumtoris. Mirum quid docere videtur scriptor, nam ex ea quae revera fiunt satis ostendere conati sumus, exploratores officinae habere *to gaz* et in dominio et in possessione. Facto quidem quis contendat eos se demisisse a possessione aperto epistolio officinae, sed nisi voluntas (et voluntatis quae tamen tanti momenti est, nullam mentionem fecit scriptor) se demittendi a possessione accedat facto, jus possessionis intactum manet.

Itaque nec scriptoris allatum exemplum valet, nam bibliopola vel quicunque Maevio miserit ducentos libros ut ea usque ad valorem quinquaginta florenorum emeret, missis libris justam possessionem corum non amittebat, quia libros quidem aedibus Maevii afferre debebat ut is electionem faceret; sed tamen possessionem non tradidit nec libros aperte dereliquit; bibliopola veram possessionem voluntate sua servabat, possessionem naturalen

Maevio tradidit eo consilio ut Maevius electione facta, dominium et possessionem acquireret ejus partis ducendorum librorum, cuius valor quinquaginta florenorum valori responderet. Itaque Maevius veram possessionem non acquirebat nisi probetur jam statim Maevium habere voluntatem ac consilium acceptos libros sibi habendi, quod probari fere nequit.

Possessionem bibliopola volens in Maevium non trans tulit nec ita jus possidendi amisit, nec magis quam vi aut clam contra voluntatem amisit, quia non patet bibliopolam aperte librorum possessionem deseruisse.

Etsi diceretur quantitatem missam ducentis libris constantem, esse *universitatem quamdam bonorum mobilium* tunc etiam possessio tantum amittitur, si Maevius vi aut clam, bibliopola e possessione pulso, ipse possessionem per annum retineat, nullis judicialibus citationibus conturbatus. Ex illa applicatione principiorum juris possidendi patet Maevium non posse disse, atque ita omnino contrectationem fecisse librorum, quorum retentione factum est ut Maevius summam quinquaginta florenorum excederet.

Accedamus nunc probationi ut et huic casui dolus malus a consumtore sit adhibitus. Constat jam de facto quod is, qui cum exploratoribus contraxerat de comburendo το gaz ad certum tempus usque, etiam post illud tempus lumina sua incensa habuit. Sed utrum probari possit eum revera dolo malo lumina

incensa habuisse post tempus definitum, an fortuito, atque negligentia quaestio est.

Si in genere contrectatur res aliena furtum non committitur, ut supra pluribus demonstrare conati sumus, accedat autem probatio doli mali seu per se constans seu ex circumstantiis profluens, et erit perfecta furti, facto inherentis, natura.

Jam semel aut bis quis lumina sua post definitum tempus incensa habuit, contractus memor se factum injustum commisisse sentit, quia cum exploratores officinae putant eum hora audita epistomium in aedibus clausisse, illud neglecto, quantitatem accepit cuius pretium non solvit. Si vero consumtor, hunc abusum exploratoribus recte prodit, damnumque illatum reparat solvendo pretio ejus quantitatis quam praeter contractum accepit, nemo dubitet quin omnis dolus longe ab eo absit. Ostendit se non habuisse eam animi intentionem ut exploratoribus damnum inferret.

Atqui si consumtor abusu gaudens, putat se tali modo lucrum aliquod facere, existimans exploratores officinae huic negotio non animadversuros; nee ita semel bisve sed saepius lumina sua post tempus praeterlapsum incensa habuit, nec umquam exploratores abusus admonuerit, profecto falsa non erit conclusio inde petit, secundum quam scilicet consumtor ille dolo malo contrectationem τοῦ gaz fecerit. Nam et egit contra contractus legem, et contra voluntatem explo-

ratorum, qui traditioni rei cujus solutionem non accepturi sint, consentire non potuerunt.

Objici posset dolum malum praesumi non posse sed esse probandum, sed praeterea quod dolus malus probari posset si consumtor factum negaret quod aliunde satis constaret, et nos conclusionem petivimus dolum malum adesse haud levibus prae*sumptionibus*, nec contendimus judicem in omni casu qui ad eum delatus fuerit reum furti damnaturum, tametsi moraliter convictus esset reum dolum malum adhibuisse, nisi rite illud fuerit probatum.

Ea quae supra monuimus de actione civili ad damnum resarcendum, quae non pendet ab actione criminali, hoc casu etiam valent, quod tantopere verum est ut accusator publicus causa cognita, vel si exploratores officinae nullam actionem intenderent, ex officio teneantur ad persequendum consumtorem dolo malo contrectantem in foro criminali; cf. art. 3. *Legis de Ord. judiciorum.*

Ceteroquin quod attinet quaestionem an etiam hoc casu *τοῦ γαζ* esset res aliena, tametsi nullo instrumento quantitas tradita a tradenda sit separata, ex iis quae hucusque exposuimus sequi videtur, exploratores tamdiu dominium habere *τοῦ γαζ* quamdiu dominii habendi voluntas apud eos constans fuerit. Jam dominii habendi voluntatem abdicaverunt per tempus contractu definitum, quo traditionem *τοῦ γαζ* perfici voluerunt. Tempore praeterlapsi

tradendi voluntas in iis deficit quare tunc incipit consumtor *correctare dolo malo rem alienam*, itaque furum committit.

Addamus hisce nullas sententias judiciales circa huncce casum nos cognitas habere, quod mirum non est quia contractus hujus generis rarius locum obtinet. Patet enim quot quantisque abusibus et difficultatibus talis contractus ansam dare debeat, cum contra si quantitas consumta instrumento sponte metitur, hoc commodum consumtoribus oriatur, ut lumina sua in aedibus tamdiu et tali numero quam ipsi volunt incensa habere possint, nullo nisi pretii solvendi incommodo obnoxii.

106

nos agimus sicut supra dicitur et in samloz ibus breu-  
tibus quatuor casibus nos obpar dicitur auctoritatis iuris  
admodum certos et non dubios. Tamen nos iuris  
conveniens delictum est delictum calami affusio. A  
conveniens iure, quodam amicorum aucto. ratus sicut  
de propriae ratione ~~et de~~ est ipsi embetur nos alioz the-  
oriis, et iuris compagno tempore mino delicti. Deni  
autem nos delictum est modum iuris ad istas  
dilectioz etiamque delictum alius nos embetur is enim  
calamum ut contra agitatem et in hominum sed et in

Ea quae hucusque exposuimus tam de natura furti jure  
hodierno, quam de natura factorum quae in ambobus  
casibus obvia sunt, nos persuasos fecerunt, factis illis  
contineri furtum, nec qualificationem abusus fiduciae  
valere posse vel sanis firmisque juris principiis esse  
congruam; pauca quaedam subjungere fas sit de na-  
tura delicti, quod cum antiquo jure furtum usus voca-  
retur, hodie tamquam *opligting*, *escroquerie*, vel *mis-  
bruik van vertrouwen*, *abus de confiance*, jure nostro  
punitur; unde clarius patebit, sit quidem falsa nostra  
ratiocinatio, tamen elementa tam criminis qui a direc-  
tariis committitur (*escroquerie*), quam abusus fiduciae  
ambobus positionibus prorsus deesse.

Audiamus articulum 405, *C. P.* de directariis:  
*quiconque soit en faisant usage de faux noms ou de  
fausses qualités, soit en employant des manoeuvres  
frauduleuses pour persuader l'existence de fausses entre-*

*prises, d'un pouvoir ou d'un crédit imaginaire, ou pour faire naître l'espérance ou la crainte d'un succès, d'un accident ou de tout autre évènement chimérique, se sera fait remettre ou délivrer des fonds, des meubles ou des obligations, dispositions, billets, promesses, quittances ou décharges, et aura, par un de ces moyens, escroqué ou tenté d'escroquer la totalité ou partie de la fortune d'autrui, sera puni etc.*

Lex jubet primo loco adhibita esse nomen vel qualitatem falsam, vel altero loco combinationem actionum vel sermonum eo consilio factam ut quis decipiatur et ejus fiducia captetur (*manoeuvres frauduleuses*); qua combinatione quis alterum persuasum fecit vel de re suscepta quae revera differt ab ea quam combinatio adhibita promiserat (*fausses entreprises*); vel se possidere titulum, statum civilem, bona, necessitudines cum potentioribus, potestatem quandam, quam revera non habet (*pouvoir ou crédit imaginaire*); vel qua combinatione alterum sperare fecerit negotia lucrosa, favorablem litis contestationem, immunitatem ab onere quodam, ut puta militia, hereditatem accipendam, bonum eventum cuiusdam operationis alia similia (*esperance d'un succès*); vel qua combinatione alteri metum injiceret mali, eventus quos timere absurdum est (*accident évènement chimérique*); quae omnia constituunt primum elementum delicti directariorum.

Secundum elementum est sequela quam machinatio-

nes citatae habuisse debent, scilicet voluntariam traditionem (*remettre ou délivrer*) rerum mobilium, sive instrumenti scripti quo de obligationibus quibusdam constat. (*fonds, meubles, obligations etc.*)

Tertium elementum est consilium quod habere debuit agens adhibitis machinationibus, nempe subtrahendi, sive jam subtraxerit sive tantum conatus sit subtrahere (*escroqué ou tenté d'escroquer*) summam vel partem bonorum alterius. (*totalité ou partie de la fortune d'autrui.*)

Jam vero traditio rei mobilis obtinuit sive *gaz* tradatur instrumento metitum, sive ea lege ut per certum tempus comburatur; fieri potest ut consilium subtrahendi quantitatem quamdam *toü gaz*, tametsi praesumi non possit, habuerit consumtor; quae quantitas est pars bonorum alterius, quia exploratores officinae *to gaz* in bonis habent; sed machinationes adhibitas non animadvertisimus, nam traditio *to gaz* non est sequela cuiusdam machinationis, sed tantummodo solutio obligationis quam contractu ineundo, suscepérunt exploratores officinae; nec est voluntaria traditio quod fit contra consensum, ita ut criterium criminis directariorum prorsus deficiat.

Quod attinet abusum fiduciae iterum legem audiamus, Art. 408, *quiconque aura détourné ou dissipé, au préjudice du propriétaire, possesseur ou détenteur, des effets, deniers, marchandises, billets, quittances ou*

tous autres écrits contenant ou opérant obligation ou décharge, qui ne lui auraient été remis qu'à titre de louage, de dépôt, de mandat, ou pour un travail salarié, à la charge de les rendre ou représenter, ou d'en faire un usage ou un emploi déterminé, sera puni etc.

*Detractio, dissipatio* quibus fit ut quis depositarius depositum restituere non amplius possit (*détourné dissipé*); *damnum domino, possessori, ei qui est in possessione illatum*, (*préjudice du propriétaire possesseur ou détenteur*); *detractationis objecta*, res mobiles, quarum emtio venditio quotidiani usus est (*effets deniers, marchandises*), instrumenta scripta quibus reale damnum infertur [*non morale*] (*billets quittances etc.*) abusus fiduciae elementa sunt quibus accedit *voluntaria possessio tradita* ex locatione conductione, deposito, mandato, negotiorum gestione, (*travail non salarié*) locatione conductione operarum (*travail salarié*) ea lege ut res restituatur vel certo usui inserviat (*charge de les rendre, faire un usage déterminé*).

Conjunctio horum elementorum constituit abusus fiduciae delictum; sententia judiciaria qua reus damnetur, ea separatim emuntiet, probet, nam poena infligenda injusta foret, neglectis fundamentis quibus condemnatio nitatur.

Jam vero concedamus fortasse dici posse *détractio-* *nem, dissipationem τοῦ γαζ obtinere, damnum explo-*

ratoribus etiam inferri; quamquam hoc verum non est, quatenus *τὸν γάζαν* venditum est; nam sic soluto pretio indemnes fiunt exploratores; *τὸν γάζαν* esse rem cuius emtio venditio quotidiani usus est, nihilominus tamen quacunque lege contractus cum exploratoribus officinae initus sit, frustra desideramus *voluntariam possessionem traditam*, qua deficiente delictum abusus fiduciae non est absolutum. Pluribus autem supra explicavimus exploratores officinae voluisse traditionem *τὸν γάζαν* obtainere, metitum per instrumentum hunc in finem adstructum, vel ad tempus usque contractu definitum, nec ita consumtor fraudem fecisse si contractus fines egressus non fuerit. Contra simul ac consumtor contractus finem egressus fuerit, voluntaria possessio tradita non amplius a parte exploratorum officinae obtinet, qua deficiente cadat necesse est qualificatio abusus fiduciae.

Praeterea lex enumerat contractus ex quibus voluntaria possessio tradita esse debet, quibus quum legislator emtionem venditionem non adscriperit, nec nos eum contractum per analogiam addere possumus, quodsi hoc addissemus absurdum quid posuissemus; quia si ex emto vendito possessio a volente traditur, dominium rei traditae transit, quisque dominus res suas si velit detractare potest, nec tamen e nostro articulo puniri.

Consumtor *τὸν γάζαν* certis conditionibus licet diversis,

contractum init emtionis venditionis, solvat pretium rei traditae, conditiones contractus adimpleat, securus vivere potest. Si contractus fines egressus fuerit non amplius obtinent nec voluntaria possessio tradita, nec traditio ex emto vendito, nam furtum revera consumtorem committere nos hacce dissertatione satis probasse speramus.

## THESES.

---

### I.

Si quis contraxit cum officinae exploratoribus, se solutum pretium fluidi quod *gaz* dicitur, secundum quantitatem quam instrumentum ejus copiae metienda causa adstructum in suos usus conversam prodit, non fiduciae abusum, sed furtum committit, quando hoc instrumentum amovet, et sic impedit quominus quantitas tradita recte notetur.

### II.

Aequo furtum is committit, qui contraxit ea lege ne diutius lumina τοῦ *gaz* incensa maneant, quam per certum

contractu definitum tempus, cum ejusmodi luminibus vel in longius tempus, vel in majorem numerum utitur.

## III.

Rejicienda est sententia scriptoris anonymi in *Amsterdamsche Regtspraak, Regtsgel. Mengel. I*, 36, statuentis illud fluidum a consumtore possideri.

## IV.

Injustum videtur populum armis cogere, ut se populorum commercio misceant.

## V.

Criminis repetiti notio rectius exponitur in art. 163 legis Communalis quam in art. 56 C. P.

## VI.

Art. 372 C. Civ. improbandus videtur, tamquam injus-  
tus erga matrem.

## VII.

Improbandum videtur quod exceptio in favorem libero-  
rum cet. in art. 887 C. Civ., non etiam sancita sit in  
art. 959 ejusdem Codicis.

## VIII.

Art. 1005 C. Civ. legatario tribuitur jus rem legatam ab herede exigendi, non a quovis possessore petendi.

## IX.

In art. 1471 C. Civ. loco verborum: »ten ware hij eene wettige reden“ melius legeretur: »eene billijke reden.“

## X.

Non est pugna in Codice Civili inter artt. 1550 et 1429.

## XI.

Melius se habere videtur art. 1601 C. Civ. nostri quam art. 1733 C. Civ. Francici quod attinet ad probationis onus.

## XII.

Recte se habet art. 243 Cod. Merc. nostri.

## XIII.

Praepositus exercitorum (*boekhouder*) in art. 338 Cod. Merc. non habet jus ex pecunia ex confecto itinere penes se reliqua, summam aliquam retinendi quae itineris sequentis impensis inserviat.

## XIV.

Acceptans qui solvit litteras cambiales praesentanti qui falso indossamento eas litteras tenet, recte cogitur denuo solvere ei praesentanti qui litteras ex veris indossamentis tenet, ex art. 137 Cod. Merc.

## XV.

Art. 126 Cod. de Rat. proc. in Caus. Civ. § Ult. intelligendus est de impensis factis a parte contradictoris, sed non de iis quae a parte agentis facta sunt.

## XVI.

Art. 129 Cod. de Rat. proc. in Caus. Crim. tantum intelligendus videtur de curia quae in cameram deliberationis convenit.

## XVII.

Per legem tantum, non vero per decreta Regis vel statuta Communalia, domini possunt teneri de delictis famulorum.

## VIII.

Melius Hadrianus consecutus fuisset propositum, si in l. 31, § 1 D. de acq. rer. dom. XLI. 1 loco definitionis

thesauri, definivisset quid per verbum "invenire" inteligeret.

**XIX.**

Sententia juris Anglici per quam ille qui suicidium committit puniendus est, omnino videtur probanda.

**XX.**

Probandus est modus quo secundum art. 181 Legis Fundamentalis exercitus apud nos creantur.

**XXI.**

Probandus est modus quo secundum art. 181 Legis Fundamentalis exercitus apud nos creantur.

**XXII.**

и съвѣтъ възложилъ на посланника  
съвѣтъ възложилъ на посланника  
и съвѣтъ възложилъ на посланника  
и съвѣтъ възложилъ на посланника  
и съвѣтъ възложилъ на посланника

и съвѣтъ възложилъ на посланника  
и съвѣтъ възложилъ на посланника  
и съвѣтъ възложилъ на посланника

и съвѣтъ възложилъ на посланника  
и съвѣтъ възложилъ на посланника  
и съвѣтъ възложилъ на посланника